



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 26. Paulus III. propter hoc edictum parum commotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI „ nem sub duplici specie attinet, id u-
A.C. 1548. „ nice Protestantes concernit, minime
 „ vero Catholicos ad hunc usum ad-
 „ stringit. „ Nec vana erat hæc ex-
 „ cusatio; quippe Carolus Imperator in
 hoc suo decreto Catholicis præcepe-
 rat, ut in unione Ecclesiæ constantes,
 atque immoti persisterent, prout hu-
 cusque fecissent. Denique illi, qui Ca-
 rolo favebant, affirmarunt, quod Cæ-
 sar nullatenus articulos Ecclesiæ usui
 adversos comprobaret, sed duntaxat il-
 los interim toleraret, eosque illis per-
 mitteret, qui jamjam hæresi essent in-
 fecti; ex hoc autem minime sequi di-
 cebant, quod integra Lutheri doctrina
 toleretur: præterea demonstrabant,
 quod hoc decretum *Interim* nil commu-
 ne habeat cum Typo, Ecthesi, & He-
 notico, cum evidens esset, quod hi tres
 Imperatores per ejusmodi edicta om-
 nes quoque suos subditos ad errores,
 quos ipsi profitebantur, inducere mo-
 liti sint.

§. XXVI.

*Paulus III. propter hoc edictum pa-
 rum commotus.*

Equidem summus Pontifex quosdam
 Præsules, qui hoc decretum vel e-
 mendari, vel supprimi curarent, ad Cæ-
 sare[m]

farem ablegare decreverat: cum vero Cardinalis Moronus, aliique Præfules Bononiæ congregati eidem suaderent, ut hac in re nihil moveret, hinc potiora habuit eorum consilia, quam sese omnibus, quæ inde eventura timebantur, malis exponere.

Sæcul. XVI.
A.C. 1548.

§. XXVII.

Tumultus ob decretum Interim in Pontificis Aula suscitati.

Verum haud adeo paccato animo Pontificis Ministri hoc decretum excipiebant; quippe Cardinalis Farnesius apud Philippum Cæsaris Filium, atque insigniores Hispaniæ Proceres hac super re graviter querebatur; præterea Episcopus Ambiliatensis Montano dixit: perdidimus omnia, actum est de re Christiana. Alii palam spargebant, quod hæc credendi formula specietenus quidem præseferat doctrinam Catholicam, sed talis sit, quæ a Religione Catholica toto cœlo distat, atque peculiariora quædam capita attingentes, id reprehendebant. „ Quod in capitibus „ de peccato originali, de justificatione, „ de Sacramentis, de Baptismo, & de „ Confirmatione, libri hujus confarcinatores eandem doctrinam non attulissent, quæ decretis Concilii fuerat „ sta-

Pall. l. II.
c. I. n. I.